



**R. P. Christophori Gillii, Ex Brigantio Lvsitaniæ, Societatis
Iesv, Et in Conimbricensi Academia S. Theologiae
Professoris; Commentationvm Theologicarvm De Sacra
Doctrina, Et Essentia atque vnitate ...**

Gil, Christovão

Coloniae Agrippinae, 1610

Quomodo eruendus verus sensus Scripturæ. cap. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82291](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82291)

Hæc difficultas longiorem exigit explicationem quam ut in solutione argumenti comode tradi possit: ideo nunc breuiter respondeo argumentationes, quæ in sacris literis continentur, posse considerari dupliciter: nepe vel ut solo discursu humano fieri, & concipi possunt, vel ut nituntur inspiratione diuina; si priore modo consideretur, non semper sunt necessariae: qualis est illa eiusdè Apostoli 1. Cor. 15. *Si mortui non resurgunt, neq. Christus resurrexit*: quoniam non repugnat secundu se, ut Christus resurgeret, quous alij mortui non essent resurrecturi: et si reuelatu non fuisset resurrectione Christi esse causam resurrectionis nostræ, collectio illa esset solūmodo probabilis; at Apostolus utens illa argumentatione ex instinctu diuino hoc ipso infallibiliter arguit: quoniam ipsa argumentatio est infallibilis, quoad connexionem consequentis cum antecedente. Eodè modo, cum ex scriptura sumpta secundū sensum mysticū arguit ad stabiliendu aliquod dogma, si sensus ille mysticus antea notus, ac certus erat, tunc argumentatio à quocūq; fieret necessaria foret, quæ ratione cum Paulus in epist. ad Hebr. cap. 1. ex illis verbis. 2. Reg. 7. & 1. Paral. 22. *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filiu*, colligit diuinitate Christi, cum tamen verba illa, ad literam intelligatur de Salomone, rectè ad homines argum. etabatur, apud quos receptissimū erat Salomonē esse typū, & figuram Christi: si vero sensus antea fuisset obscurus, ac minime receptus, tunc Apostolus argumetur ut Magister, assertionem suam supponendo veritatem antecedentis, & ex eo sic posito inferendo consequens, ut patet in loco illo sumpto ex Deut. 28. *Nūquid de bob? cura est Deo?* supponit quippe boues triturantes esse typū concionatorū verbi Dei, deinde vero ex dicto illo, *nō alligabis os boui trituranti*: deducit p̄dicatorem Euāgelij ex Euāgelio viuere, posse, ac debere, & quæ ad modū pleraq; alia in suis epistolis magistraliter dicit nō p̄bando, sed Apostolica autoritate asserendo, ac docendo, ita boues eos fuisse typū p̄dicatorū sua autoritate cōfirmat. Ad argumentū oppositū sententiæ respondetur, licet nonnulli sensus literales parabolici, quia obscuri sunt, & incerti, nō sint quoad nos apti ad faciendā fidē infallibilē, tamen hoc nō esse commune omnibus, sicuti est mysticis: qui nisi aliunde cōstent, ex solo loco, quo continentur certo deduci nequeunt sola ratione, ac discursu naturali absq; inspiratione diuina: at literales etiā metaphorici non necessariō indigent alio testimonio reuelato, ut patet cum Christus Dominus dictus est à Ioanne Baptista *Agnus Dei*, ab Euangelista *Lux vera*,

Ioan. 1. aieipio *ignum viride*, Luc. 24. *Veritas*, Ioan. 14. à Malach. cap. 4. *Sol iustitiae*, & sexcenta alia, quorū sensus sola lectione, & mediocri attentione innotescit propter affinitatem metaphoræ. Argumentum adductum pro communi sententia solum probat id, quod à me dictum est, scilicet sensus mysticos nisi aliunde constet, non habere vim probandi.

Quomodo eruenendus verus sensus scripturæ.

CAPIT. VI.

Quemadmodū, ut vtamur principiis scientiarū naturalium, opus est notitia simplici terminorū, ex qua pendet euēdens assensus ipsorum, ita, ut Theologus vtatur principiis reuelatis, oportet, ut percipiat sententiā Dei reuelantis: nam quod diu ignorat, quid ab eo reuelatu sit, haudquā potest ex fide attendere, & habere principia discursus Theologici. Idcō Christus Dominus Luc. 24. Apostolis primis Ecclesiæ magistris, *Aperuit sensum, ut intelligerent scripturas*: hoc donū si omnes Theologi haberent, cōpendiaria via tenderent ad scientiā: sed quia nō oēs Apostoli, non omnes Prophetæ, opus est studio, oratione, & cōmentatione ad verū sensum assequendū, nam vt ait Diu. Hieron. citat. ab Anton. 3. p. tit. 5. Hieron. c. 1. §. 1. *Quod Apollolis suggerebat Spiritus S. hoc alius cōfert quotidiana in lege Domini meditatio*: Sed quoniam, vt ait Clem. Rom. & habetur dist. 37. c. *Relatu est, non secundū propriū ingeniu intelligentiā legi, aut doceri debet scriptura*, oportet breuiter tradere modū deprehendendi verū sensum eius sub ea certitudine, quæ ad speculationē Theologicā requiritur. non est autem animus tradere normas rectè interpretandi, quod spectat ad sacræ paginæ interpretes, cōsultatur Pagnin. libr. 1. vñ. *Magog. ad sacras literas*, Cathar. in clausula scripturæ, Sebastianus Episcop. Oxoniens. in regulis de sensib. scripture, Franciscus Ruizius in regulis intelligendi scripturas sacras, Salmer. to. 1. in Euangelia prolog. 9. 10. 11. 12. 19. & 20. sed solum intendo explicare, quanam sit norma infallibilis, quæ probabilis veri sensus scripturæ: vt ex eo Theologus argumentari possit.

In primis autē reiicienda est temeraria p̄sumptio hæreticorum: qui sacras literas perspicuas, & faciles intellectu dicunt, atque adeo non alia diligentia, aut examine opus esse, præter quod nuda lectione ipsarum, hoc enim repugnat ipsis scripturis, patribus, & experientiæ: si scripturæ cuiilibet peruia sunt, cur Christus dixit Iudæis, Ioan. 5. *Servate tamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitæ æternam*

1. ad Cor. 15.

ad Hebr. 1.

2. Reg. 7.

1. Paral. 22.

Deut. 28.

Ioan. 1.

Luc. 24.

Ioan. 14.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

Malach. 4.

eternam habere, & illa sunt, quae testimonium perhibent de me, cur Luc. 24. aperuit discipulis sensum, ut illas intelligerent? cur Act. 8. Eunuchus Candacis Reginae interroganti Philippo diacono purasne intelligis quae legis, respondit, & quomodo possim, si non aliquis ostenderit mihi? cur Petrus 2. epist. cap. 3. ait in epistolis Pauli esse quadam difficultate intellectu? non esse vero ad proprium sensum interpretandas docet Clem. Rom. ubi supra, sane qui eas perspicuas esse dicit parum vel nihil ex ipsis attingisse celandus est, qui enim eas aliunde perlegit semper plura, ac profundiora mysteria agnoscit, ut de se fateatur Diu. Augustin. epist. 3. *Tanta est, inquit, Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia, usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere.* & epist. 119. cap. vltim. ingenue fatetur plura se in se scripturis, nescire, quae scire, communis est hac de re consensus Patrum, ita Irenaeus lib. 2. ca. 47. Origen. lib. 7. contra Celsum, Chrysost. hom. 40. in illud Ioan. *Serui amini Scripturas.* Ambros. epist. 44. ad Constant. Hieron. epist. ad Paul. in de studio scripturae, & epist. ad Algas. q. 8. August. li. 2. de doctrina Christiana capit. 6. & plures alij relati à doctores, mox citandis. Nec verò multis opus est testimonijs, cum usus ab initio nascentis ecclesiae ad haec tempora hoc ostendat, nam, si scripturae non essent obscurae, non tanta opus esset industria, ac labore, quantum patres omnes suis quique, etatibus adhibuerunt, nec tot fuissent in ecclesia haeretici exorta ex praua lectione scripturarum: longiorē cōfirmatione vide apud Driedon. lib. 2. de script. c. 3. Michael. Medinam. lib. 7. de recta in Deum fide à cap. 1. ad dec. m. l. Kuger. opusc. de obscur. sacrae script. per priora. 8. c. Bellar. lib. 3. de verbi Dei interpretatione c. 1. & 2. Salmer. tom. 1. in Evangelia prologomeno. 2.

III. Ex hoc sequitur, ad assequendum verum sensum scripturae ut plurimum non sat esse nudā eius lectionē, sed praeterea requiri certā interpretationē: haec autē ab alijs Magistro haberi nequit, q̄ ab Spiritu sancto, qui fuit eius autor iuxta sententiā D. Pet. epist. 2. c. 1. *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturae propria interpretatione non sit: non enim humana voluntate allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt Dei sancti homines.* Et res est perspicua: nā obscuri dictū ad placitū loquētis significā, nullus alius interpretari certo potest, q̄ ipse, aut ij, qui in eē eius perfectā habeāt: & hac in re conueniūt Hæretici cu Catholicis. Sed dissentiūt in statuenda norma certa in-

Gloss. comment. Theol.

talibus interpretationis secundū mentem 3. Sancti. Hæretici enim cuius homini cōmissam volunt clauē sciētiae, ita ut secundū propriū spiritū de verō sensu scripturae possint, ac debeat iudicare: nec teneatur stare iudicio Ecclesiae: nos aut nulli priuati interpretationē, eo quod illius sit, tanq̄ certam, & infallibilē recipimus. Non vacat aut rationes audire eorum, ac soluere: factum id est iam luculenter à doctores numer. 4. referendis: lactent quantum libet hæretici spiritū suū, & se omnes docibiles à Deo p̄dicent: nam spiritus eorum, spiritus vertiginis, & tempestatis, quo per tot errorū autractus, per repugnantes doctrinas circumacti ad stygium litus eieci tunc demum agnoscent non habuisse se spiritum Christi, spiritum sapientiae, & intellectus, spiritum timoris domini, sed spiritum superbiae, ac dissentionis, namq; non omnib. dari spiritū interpretandi scripturas pater.

1. ad Cor. 12. *alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae alii interpretatio sermonum,* & Ioan. ca. 4. primę suae Canonicae, *Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt, multi enim pseudoprophetae exierunt in mundum.* Conuincitur autē ratione, aut scripturae interpretatio certa, & infallibilis conuenit vnicuiq; fideli, aut solis pijs, & sanctis: nō vnicuiq; namq; spiritus diuinus nō est spiritus erroris, scimus autem plurimos antea fideles ex peruersa interpretatione scripturae incurrisse hæresim, ut enim ait August. lib. 7. de Genes. cap. 9. non ob aliud sunt hæretici, nisi quod scripturas nō recte intelligentes, suas falsas opiniones cōtra earū veritatē peruicaciter asserunt, & Paul. 1. ad Tim. 1. fideles aliquos ait à fide naufragauisse, quoniam conscientiam repulerunt: non incurrisserunt vero hæresim, si haberent infallibilē assentiam spiritus ad interpretationē verbi Dei. Non dari vero necessariō cuius Pio, & Sancto, praeter q̄ quod ostēdi posset exemplis aliquorū, qui prius sanctam vitam egerunt, postea vero in hæresim lapsi sunt, ut Origenes, tamen efficacius ostēditur ex erroribus aliquorum patrū in particulari, etiam sanctissimorum: quos illi quidē sine pertinacia tenuerunt, sed tamen errauerūt: non errarent autem, si infallibilem spiritus illustrationem haberēt. Quin vero, etsi lumen spiritus, ad esset omnib. pijs, ac sanctis viris, cum nemo sciat virum odio, vel amore dignus sit, incerta omnino esse debet eius interpretatio, ac proinde non statuēda tanq̄ infallibilis norma veritatis, & veri sensus scripturarum diuinarum.

Itaq; cum hæretici etiā scripturas lactēt,

IV.

Ee

& iisdem

Hilarian.

& ipsi dem vtantur Catholici, nec discrepet scripturis, sed sententijs, vt enim libr. 2. de Trin. ait Hilar. *de intelligentia heresis est, non de scriptura: sensus non sermo sit crimen.* Vtriq; se tegunt scripturis tanq; vestimentis ouiu Christi, sed Hæretici intrinsecus sunt lupi rapaces propter feros, & rabidos sensus literæ, vt ait Vinc. Lyrenen. lib. contra prophanas hæresim nouitates, ca. 36. Catholici vero sunt verè oues Christi, quia vocè eius audiunt, non solū quoad sonū, sed etiā quoad spiritus intelligentiā. Cum, inquā, hæc ita sint, & vnusquisq; dicat se sequi sensū scripturæ, iudice opus est, qui hæc litè dirimat: nō enim credendū est, reliquisse Deū ecclesiā destitutā sufficiente p̄sidio ad conseruandā, & tuendam veritatem, à Christo, & Spiritu Sancto per Apostolos acceptā: aliās nō esset colūna, nec firmamentū veritatis, sed circumferretur omni vento doctrinæ.

Vincentius.

Cum vero nō sit vlla persona privata, fatēdū necessariū est ipsam Ecclesiā habere infallibilem autoritatē declarandi libros canonicos, & germanū scripturæ sensum tradendi, quem fideles oēs recipere tenentur. Quæ sentētia est veritas Catholica à principio nascentis Ecclesie ad hæc nostra tēpora ipso vsu cōprobata, & in primis quidē cum dubium esset Antiochiæ subortū de obseruatione legalium, quæ q̄lito ex scripturarum intelligentia non parum pendeat, ad eam decidendā non recurrerunt fideles Antiocheni per se ipsos ad scripturas, sed ad Ecclesiā, q̄ erat Hierosolymis constans ex Apostolis, ac senioribus: deinde verō idem successu tēporis p̄stitū est. Itaq; ab Ecclesiā tanquā à viuō thesauro scripturæ petenda est vera eius interpretatio: nam qui ex proprio iudicio sumit regulā infallibilem interpretandi, non se scripturarum autoritati subijcit ad fidem, sed eas sibi subijcit ad errorem, vt de Manich. dixit Diu. Aug. lib. 32. contra Faustum cap. 19. hanc veritatem ex instituto fusè confirmant, & contra Hæreticos defendunt Canus lib. 12. de loc. cap. 7. Castro lib. 1. aduersus Hæreses ca. 4. Michael. Medina lib. 7. de recta in Deum fide, Iulius Rugerius opuscul. de sacræ scripturæ interpretatione à cap. 9. Bellarm. li. 3. de verbi Dei interpretatione, & Staplet. controuersia 2. li. 5. à cap. 1. vsque ad 11. & controuer. 6. lib. 10. & 11.

Augustin.

Canus.

Castro.

Medina.

Rugerius.

Bellarm.

Stapleton.

V.

Non ita tamen ad Ecclesiæ autoritatē recurrendum est, vt hæc ad omnia necessaria sit, sed ad obscura, ac difficilia loca, quorum sentētia pertinet ad dogmata quæ in controuersia versantur: nam ipsa scriptura interdum est adeo clara, vt expositione non egeat, qualia magna ex parte sunt

præcepta moralia: nam quid difficultatis est in percipiendo sensu illius sententiæ Deut. 6. *Domini Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Itaque cum non omnia loca sint nimis obscura, nec omnia ab ecclesia declarata, statuenda sunt documenta aliqua in vniuersum, ex quib; certo diiudicari possit quisnam sit verus sensus scripturæ, q̄ fusijs Autores citati p̄bant ex scriptura, & Patrū testimonijs. Primum verò est, huiusmodi sensus repugnans alteri loco scripturæ non est intentus ab Spiritu S. congruēs vero cū illo quoad veritatē nō proinde certo constat, an sit verus sensus posterioris, nisi cum vnus alterū explicat: hoc documentū quātum ad priorē partē tradit S. Tho. q. 4. de 3. Thom. potentia art. 1. & alij doctores cōmuniter, & per se patet, nā verū non repugnat vero: atq; adeo, cū sensus omnis ab Spiritu S. intētus sit verus, fieri nequit, vt sensus vnus loci, qui alteri repugnat, sit verus, aut intentus ab Spiritu S. Ex hoc principio dixit Apostolus ad Galat. 1. *Si quis euangelizauerit prater id, quod accepistis, anathema sit, & ibidē, tam cito transferimini in aliud Euangelium, quod non est aliud.* Quasi dicat, proponitur vobis aliud diuersum ab eo, quod p̄dicauit vobis, & vos illud recepistis, cū tamen, si vere Euangelium Dei est, nō sit aliud, sed vnū, idēq; quoad veritatē, clarius idē docuit Ioā. c. 4. 1. Ioā. 4. primæ suæ canon. *Qui nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus spiritū veritatis, & spiritū erroris,* itaq; de mente Ioannis Apostoli certissima regula diiudicandi spiritū erroris est, si repugnat verbo veritatis dicto, vel scripto ab homine per gratiam, & reuelationem Spiritus S. Oppositum huius erat in vsu apud Manich. vt Autor est August. li. de Hæresib. hæres. 46. & contra Faust. lib. 28. c. 2. qui ex Euangelio solū recipiebant id, quod ipsorū hæresim non impediēbat: quod Hæreticis omnib; solemne fuisse docet Tertull. lib. de præscript. aduers. hæret. c. 17. & alij; posterior eiusdē documētī pars est manifesta: nō .n. opus est, vt omnis veritas fidei tradatur quouis scripturæ loco: & p̄inde fieri potest vt sensus quoad veritatē cōgruē alteri loco, nō sit accommodatus illi, ad cuius expositionē adhuc estur, exēpli gratia, Deū esse Trinitū est dogma fidei secundū germanū sensum illius loci 1. Ioā. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres vnus sunt,* nec tamen proinde necessario deducitur, tria sata farina, de quibus agitur in parabola frumenti Matt. 13. significare sanctissimam Trinitatem. Porro huius secundæ partis moderatio patet etiam: non enim dubiū est ea loca, quæ à Christo

Domino,

Domino, ab Apostolis, vel Evangelistis explicantur, intelligenda esse secundum eum sensum, quo explicatur, verbi gratia locus ille Osee. 1. 1. *Ex Aegypto vocavi filium meum*, de Christo absque dubio debet intelligi, quoniam Evangelista Matth. capi. 2. testatur impletam fuisse prophetiam illam in Christo: non eodem modo utrum sit sensus literalis, an mysticus: sed solum contendendo, cum locus unus scripturae explicatur alibi à scriptore sacro, sensum eiusmodi verè in illo loco contineri.

Secundum documentum, sensus qui habetur ex traditione Apostolorum, est verus ac indubitatus. Ratio est: quoniam Apostoli sicut errare non potuerunt in scribendis libris de fide Christiana, ita neque in illis explicandis: ad utrumque non habebant infallibilem assistentiam Spiritus Sancti, quem Christus misit eis ut Magistru, qui declararet ea etiam, quae ab ipso Christo audierant, & quia nondum plene capere poterant, non bene forsitan intellexerant, iuxta illam eiusdem Christi promissionem Ioan. 14. *Ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis*, quin vero Luc. 24. Christus Dominus ante ascensionem aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, itaque non est dubitandum eos esse germanos sensus scripturae, qui ex Apostolorum traditione habentur. hoc documento frequenter utitur August. libr. contra Faust. Manich. lib. 13. cap. 5. lib. 28. cap. 2. denique lib. 33. cap. vit. ubi in hunc modum concludit: *Quapropter breuiter vos admono, ut, si auctoritate scripturarum omnibus praeferenda sequi vultis, eam sequamini, quae ab ipsius praesentia Christi temporibus per dispensationes Apostolorum, & ceteras, ab eorum sedibus successiones Episcoporum usque ad haec tempora toto orbis terrarum custodita, commenda, clarificata pervenit.* Item Tert. li. 4. cont. Marcion. ca. 5. his fere compendiosis utimur, cum de Evangelio fide aduersus haereticos expedimus: defendentibus & temporum ordine posuerit atque falsariorum praescribentibus & auctoritate Ecclesiarum traditioni Apostolorum patrocinante. Irenaeus lib. 4. c. 63. agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiae status in universo mundo secundum successiones Episcoporum, quae pervenit usque ad nos custodita sine fustione scripturarum tractatione plenissima, neque ablatione recipiens: lectio sine falsatione, & secundum scripturas expositio legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia. Notandum est quomodo dicat custoditam in Ecclesia doctrinam Apostolorum, nimirum tractatione plenissima scripturarum ab ipsis accepta, & per successiones Pastorum, atque Doctorum ad posteros transmissa. Itaque nemini Catholico dubium esse debet sensum scripturae ex Apostolorum traditione acceptum esse verum, ac germanum, unde vero

possit agnosci sitne aliquid ex traditione, infra dicam.

Tertium documentum, sensus scripturae traditus, aut approbatus ab Ecclesia est verus, & fallibilis. In hoc etiam conveniunt omnes Catholici. Ecclesia vero, ut infra dicam, tripliciter consideratur: vel tota per universum mundum diffusa sub uno capite visibili, hoc est Pontifice Romano Christi in terris Vicario coadunata, qui Christus unum ovile appellavit Ioan. 10. vel tota per representationem in concilio generali legitime congregato, vel in ipso capite, cuius est reliqua membra omnia dirigere. Quibus tribus modis Ecclesia considerata falsum circa fidem, & mores tanquam verum approbare nequit, ut dicam in loco de Ecclesiae auctoritate: at vero interpretatio scripturarum ad fidem pertinet, nam S. Hieron. eum, qui in scripturis errat, nempe cum pertinacia, hereticum dicit: explicans enim locum Pauli ad Galat. 5. ubi inter opera carnis haereticus refertur, haereticus, inquit, ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi eligat unusquisque disciplinam, quam putat esse meliorem: quicumque, ergo scripturam aliter intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest, fieri ergo nequit, ut vel universa Ecclesia capite, ac membris omnibus circa verum scripturae sensum decipiat vel in concilio falsum sensum approbet, vel capite ex cathedra docente à vero abhorreat, & ideo Aug. li. 12. confess. c. 25. de hac ipsa scripturae interpretatione agens eam vocat divinam, & communem non huius, aut illius, veritas, inquit, tua Domine nec mea est, aut illius, vel illius sed omnium, quos ad eius communionem publice vocas, terribiliter admones nos, ut nolumus eam habere privatam, ne privemur ea: nam quisquis id, quod tu fruendum omnibus praeposuit, sibi proprie vendicat, & suum esse vult, quod omnium est, à communi propellitur ad sua id est à veritate ad mendacium, quibus verbis supponit sanctus pater communem omnium sententiam esse veritatem. Tertull. lib. de praescript. ca. 19. solum disputandum est, quibus competat fides ipsa, cuius sint scripturae, à quo, & per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina, qua sumunt Christiani: ubi enim apparuerit esse veritatem disciplinam, & fidei Christianae, illic erit veritas scripturarum, & expositio, & omnium traditionum. Et merito sane, nam sicut sensum, ac mentem dogmatum Philosophiae Platonicae non nisi à discipulis Platonis homines exquirunt, sensum autem doctrinae peripateticae à sectatoribus Aristotelis, ita quoque sensum scripturarum dedere sola potest ecclesia fundata doctrina Apostolorum, & Prophetarum, iuxta Apostolum ad Ephes. 2. itaque sensus scripturae, quem

VII.

Ioan. 10.

Hieronym.

Augustin.

Tertullian.

ad Ephes. 2.

ra, quem vel Ecclesia tota terrarum orbe diffusa amplectitur, vel in concilijs approbat, vel ore Pontificis Romani confirmat, tanquā verus ac proprius haberi debet.

VIII.

Quartū documentū, sensus, qui cōmuni Patrū cōfensione recipitur, est etiā indubitatus, ac germanus sensus scripturæ. Fundamētū huius est, quoniā, vt infra dicā, Ecclesia amplectitur, & iubet fidelibus, vt sequatur cōmūne expositionē Patrum, neq; cōtra eam scripturas interpretetur: quare si ipsi verū scripturę sensum nō attigissent, iuberet sequi falsum, ac proinde is error in vniuersam Ecclesiam redundaret.

IX.

Verum, quoniā multa sunt in sacris literis, quorū sententia neq; ex traditione, neq; ex Ecclesiæ definitione habetur, neq; in singulis possumus ad cōmūne Sanctorū expositionē recurrere, quod maximē optādū esset: neq; semper cōmunis sententia reperitur, vel quia diuersa sentiunt, vel quia pauci locū aliquē interpretari sunt, præter communes regulas traditas ab alijs scriptoribus illa est maximē congrua, quam post Basil. hom. 9. in Hexa. initio Tertull. li. de carne Christi, & Aug. li. 8. de Gen. ad lit. c. 1. & 7. & li. 11. c. 1. li. 3. de doct. Christia. c. 6. & 10. & serm. de Abraham, & immolatione Isaac, tradunt Abulen. q. 4. in c. 17. Iosue, & q. 5. in cap. 13. li. 2. Paral. Molin. i. p. q. 1. art. 10. disp. 2. Paul. Burgenf. in addit. super vtrumq; prolog. Lyrani, Salmeron. prolog. 8. & 9. can. 33. & alij recentiores, nimirū vt quantum fieri poterit, verba scripturæ in propria significatione accipiamus, nisi secundū illā reddat sensum absurdū à regula fidei, & ratione alienū, ita vt raro, & cum necessitate ad metaphoras, & allegorias recurramus. Ratio huius documēti est, quoniā Deus cum hominib. humano more loquitur, eorū se captui accommodās: cōmunis aut mod⁹ loquēdi inter homines cōtinetur proprijs vocabulis, quibus interdū metaphoras nō excludat. Quapropter errāt illi, qui sensum propriū literale quasi mortē ipsam fugiunt existimātes hoc velle Apostolū, cū dixit 2. ad Cor. 3. *Litera occidit, spiritus autem viuificat.* Etenim apud sanctos Patres sensus hic maximæ curæ & honori fuit, & cū primo qrendū, & quantum salua fidei regula fieri poterit, retinendum suaserunt. Cuius exemplū præbuit Christus Dominus, qui pleraq; testamēti veteris testimonia in sensu literali proprio interpretatus est nempe illud Genes. 2. *Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Matthæi. 19. de matrimonio explicauit, quod si Patres inrerdū mysticē exponunt, nō proinde historiam

tolunt, vt mouet Athanas. sermone quodā in illa verba Euang. Matt. 21. *Ite in Cæselli quod contra vos est, vbi sic ait: hæc cum dico, historia non aufero, nō enim spiritul. terū tollimus, sed spiritus vni officia, litera conseruat,* idem notat Chrysost. proem. in Plal. & Hieron. in c. 4. Amos, Greg. hom. 40. in Euang. imo August. lib. 8. de Genes. ad lit. c. 2. cum præcipuum vocat interpretē, qui secundū proprietatē vocū sine absurdo interpretatur scripturas, sic enim ait: *sane inquam, quisquis voluerit omnia, quæ dicta sunt, secundum literam accipere, id est non aliter intelligere, quam litera sonat, & potest euitare blasphemias, & omnia cōgruentia fidei catholica prædicare, non solum ei non est inuidendum, sed præcipuus, multumq; laudabilis intellectus habendus est, si vero aliquid absurdū sequitur, ad sensum metaphoricū recurrendū, vt monet Hieron. in id. lia. 29. *Conuertitur Libanus in Charnel, &c.* Orig. li. 4. Periarch. c. 2. Aug. li. 3. de doct. Christia. ca. 5. 10. 11. 12. & ibid. li. 11. de Gen. ad lit. c. 1. & li. de catechiz. rudib. c. 26. vt cum scriptura de Deo loquēs vsurpat voces in proprio sensu significantes humana membra, passionēs, & alia indigna Deo, quæ proinde metaphoricè sumi debent. Et hoc modo intelligendi sunt Patres, qui monēt non sumendā esse purā literam, & sensus literales in multis reprehendunt, vt Greg. Nyssen. de vita Moyf. Athanas. de cōmun. essent. trium person. Cyrill. li. 9. cont. Iulian. Hieron. in Epist. ad Galat. ca. 5. *vbi multorū, inquit, malorū occasio est, si quis in scriptura carne permaneat.* Aug. de vilit. creden. c. 3. & alij.*

Itaq; cauendū est vtrūque extremū: ne vel allegoriam, aut metaphorā fingamus, vbi non est: vel secundū propriū verborū sensum scripturam interpretemur, vbi metaphoricus est. Quia primum extremum non declinarunt Lutherani, & alij nostri temporis hæretici contra communem, & antiquam Ecclesiæ sententiam, ac traditionem negarunt veram ac realem pñentiam corporis & sanguinis Christi in Eucharistię sacramento, explicantes perspicua verba Christi Domini Matt. 26. *Hoc est corpus meū,* non proprie secundum sensum metaphoricum. Alij, quorum meminit August. li. 7. de Gen. ad lit. c. 2. ex eo quod habetur Genes. 2. *Et inspirauit in faciem eius spiritalium vitæ, & factus est homo in animam viuētem,* sumperunt occasionē erroris, non distinguētes enim locutionem metaphoricā à propria, verbum, *inspirauit*, in propria acceperunt, & ideo asseruerunt animam esse de substantia Dei, quasi particulam aliquā ab eo in hominis corpus emissam. Quo etiam morbo laborant Iudei, vt auctor est

D. Hie-

Basilien.
Tertullian.
Augustin.

Abulen.
Molin.
Burgenf.
Salmeron.

2. ad Cor. 3.

Genes. 2.

Matt. 19.

Matt. 26.

Augustin.
Genes. 2.

D. Hieron. in c. 36. Ezech. qui omnia metaphorice dicta à Prophetis accipiunt in propria significatione: & q̄ sub metaphora Regni dicuntur de felicitate spirituali tempore Messie, de temporali interpretantur: & in hoc sensu videtur Apostolus dixisse, *littera occidit*, quoniam scriptura metaphorica secundum sensum grammaticalem tantummodo intellecta, incredulus est occasio peruersæ doctrinæ. Eodem vitio corrupti fuere antropomorphite, qui legentes sacris literis Dei manus, pedes, caput, & alia membra ipsi corpus esse affirmarunt: quod rationi, & scripturæ repugnat.

De usu loci ab autoritate scripturæ.

CAPUT VII.

I. Scripturæ autoritas, ut notat D. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 8. & lect. 1. in c. 2. Mag. Dionysius de diuinis nominibus, ex doctrina ipsius Dionysij ibid. solum vim habet apud eos, qui illa recipiunt; adeo in disputationibus contra gentiles minimè adhibenda, nisi forte per modum defensionis: ut si quis, ne absurde sententia assertor videatur, gentili argumentanti ex ratione naturali, q̄ homini fidei lumine carenti, necessaria & euidenter videtur, respondeat eius argumentum non habere vim, quoniam concludit falso contra doctrinam diuinitus reuelatam, qua traditur assertio, q̄ ipse tueretur non ex propria inuentione, sed ex autoritate religionis diuinitus institutæ. Hic vero cauendum est, ne ex praua interpretatione nostra sententia ridicula, imo falsa, quasi ex scripturæ autoritate tueamur, ex quo alij doctrinam fidei despectui habeant existimantes sententiam scripturæ esse, cum sit error hominis. Hoc documentum tradit Aug. li. 1. de Genes. ad lit. c. 19. & li. 2. c. 1. & explicat exemplo quorundam simplicium, qui contra quendam Philosophum mordicus tuebatur terræ molem aquis inniti, idq; asseruebant ex Psal. 135. *Qui firmavit terram super aquas.*

II. Inter eos vero, qui scripturas admittunt, uti eis possumus dupliciter: vel ad dogmata tuenda, ac probanda, vel ad conclusiones Theologicas deducendas. Porro in dogmatum defensione, aut confirmatione utendum semper vero, atq; indubitato sensu scripturæ: namq; si sensus non certo constat, neuiquam potest concludere rem tanquam de fide certam. Etenim quotiescunque licet dubitare de motiuo assentiendi conclusioni, de ipsa quoq; dubitare licet, cum non sit maior huius, q̄ illius certitudo: atq; adeo, quamdiu non constat certo, atq; infallibiliter hunc esse sensum scripturæ, non potest ex illo sumi

Gulij comment. Theol.

efficax argumentum fidei, nam hoc ipso, quo dubitatur de sensu, dubitatur an sententia, quæ eo sensu nititur, sit à Deo reuelata: & contendere de reuelatione, ubi certa regula non est, dicendo scriptorem sacrum hoc potius, quam illud intellexisse temeritas audacia, non scientia est, nec visus, sed typus eam peperit, ut ait Aug. lib. 12. contess. cap. 25. *Augustin.* qui ibidem se incertum esse fatetur de vero, ac germano sensu, quem Moyses intendit primis illis verbis, Genes. 1. *in principio Genes. 1. creauit Deus calum & terram:* & tamen ex multis vnum præ cæteris ipse verum credebat. Itaq; in asserenda propositione aliqua tanq̄ de fide ex scriptura secundum sensum non omnino certum sed tantum probabilem duo sunt pericula: alterum naufragij charitatis, alterum fidei: charitatis quoniam dissensus penes fidei dogmata dissidium parit animorum: atq; adeo si sententiam alterius ex fragili fundamento tanq̄ hæreticam refutes, ille, quia non videt vrgens testimonium, non conuincitur, & vterq; sicut in dissensione veritatis perseuerat, ita à fraternæ charitatis vinculo dissoluitur: fidei vero periculum incurritur quoniam sensum, qui non est infallibilis, mordicus tueris, non quia scripturæ, sed quia tuus est, ut docet D. Aug. adeo ut, etiā si postea dilucide constet germanus ac verus sensus, eum reicias quia tuus non est, & qui alterum sine causa erroris in simulabas, in verā hæresim incurras: propterea monet Diu. August. li. 1. de Genes. ad alteram cap. 18. *Augustin.* *Ut in rebus obscuris, atq; ab oculis nostris remotissimis, si quam scriptura diuina legimus, quæ possunt salua fide, quæ imbuimur, alias atq; alias parere sententias, in nullā illarum nos præcipiti affectione, ita proiciamus, ut si forte diligentius discussa veritas eam labefactauerit, corruamus, non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, ut eam velimus scripturarum esse, quæ nostra est: cum potius eam, quæ scripturarum est, nostram esse velle debeamus.* Quæ duo pericula ut vitentur, tenendum est consilium Cassian. *Cassianus.* collat. 8. cap. 4. ubi sic habet: *de his, quæ aperta explanatione probata sunt, nos quoq; constanter possumus definire, audenterq; nostram proferre sententiam, ea vero, quæ meditationi, & exercitio nostro reseruans scripturis Sanctis Spiritus diuinus inseruit, quibusdam ea volens indicis & opinionibus colligi, ita pedetentim debent, cauteq; cèferri, ut sit eorum assertio, vel confirmatio in disputantis, vel suspicientis arbitrio collocata. Nonnunquam enim cum super vna re diuersa promatur sententia, potest vtraq; rationalis iudicari, & sine detrimento fidei, vel fixè vel mediè suscipi, id est, ut eis nec plena credulitas, nec absoluta refutatio deputetur: prioriq; sequens opinio*

Ee 3

derogare